



**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Tlt. XXIII. De Solvtionibvs. In Cap. Odoardus 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

debet esse non ignoratus conditionis ejus, l. 19, in pr. D. De R. I. Vide de hac quæstione, utrum debitor reouintare possit cessioni bonorum, larius Felin. ad d. c. 9, num. 11, cum seqq & Did. Covarr. Var. reol. lib. 2, c. 1, num. 7.

Sed regrediamur ad textum nostrum, quo cùm prohibetur liberti hominis detentio propter æs alienum, id obtainere diximus in eo, quiboniis suis cedere vult, alias fecus.

8 Secundò, non procedere in debitore fugiente, quem creditor etiam propriâ auctoritate potest subsequi, & detinere, & ei detrahere, quod sibi debet, per text. in l. Ait prator 10, §. 16, D. Aquil. in fraud. cred. ne, dum judex quaeritur, debitor elabatur, & creditor jaclutram rerum suarum patitur, arg. text. in l. Si longius 18, § un. D. De judic. Id que ad c. 8, ut etiam debitor fugiens impunè occidit posset a creditore, si telo se defendat, resque aliter creditoris salva esse non possint, auctore Bald. ad l. 4, C. Ad L. Corn. de sc. Idemque probat argumentum ductum à fure, cui hic debitor fugiens non absimilis est: is enim si nocturnus est, impunè occiditur; si diurnus, non aliter, quam si telo defendat, ut tamen utroque easum cum clamore testificetur, l. 4, §. un. D. Ad L. Aquil. & l. 54, §. 2, D. De furt. Adde, o si aliter domino res suæ salva esse possint, l. 5, in pr. D. Ad L. Aquil. & c. 2, in pr. inf. De homic. Dom Soto De just. & jure lib. 1, q. 1. rat. 8, circa fin de quolatiis add. d. c. 2.

Tertiò textus noster non procedit in arrestis, quæ passim in Germania contra debitores extra eos & advenas ad simplicem creditoris petitio nem permittuntur, ad eum potissimum effectum, ut creditorem securum reddant debitores, datis pignoribus vel fidejussoribus. Contra cives vero vel incolas arresta non conceduntur, nisi de fuga sit suspecti, & bona immobilia nulla possident. In quo tamen consuetudo cujuslibet civitatis spectanda est; tolerabilia enim sunt, quæ verus consuetudo comprobatur, ait textus, in l. penitus in §. un. D. De pollicitar. Ita And. Gail. lib. 2, Obs 44, n. 10, cum seqq. Qui & prudenter monet, in tract. De manum inject c. 1, num. 12, ne videlicet arresta vagis & indiscretis fiat, atque imperitorum judicium affectioni & turpi lucro cum ignominia alterius subiecta. Nam licet arresta parvi praetudicii sint, eò quod cautione judicio siti & judicatum solvi facile relaxentur, c. 5, §. 9, sup. Vi. l. non cont. Et tamen cum discrimine alterius existimatione temere vagari, & honorem ejus precipitanter prostitueri non oportet, l. Prator 7, in princ. D. De injur. Atque hæc limitatio de arrestis sola consuetudine & statutis Germaniae defenditur, cùm aliqui pugnant arresta cum textu nostro, sed non est absurdum juri communii derogari posse per consuetudinem, c. fin sup. De consuet. Et l. De quib. §. un. D. De legib.

Ad Tit. XXII. De Fidejussoribus, vide Summam Iuris Canonici lib. IIII, tit. ix. §. 6.

IN TIT. XXIII. DE SOLVATIONIBVS.

In Cap. Odoardus 3.

S U M M A R I A.

1. Faicti species discutitur, an Clericus ob æs alienum possit in carcерem conicī, aut cogi cedere bonis.
2. Clerico debitori datur privilegium competentia.
3. Privilegium illud quibus è laicis detur.
4. Reditus beneficij Ecclesiastici adjudicari creditoribus possint, salva Clerico pertinente congruā pro ali- mentis.
5. Privilegio competentia qui Clerici gaudeant.
6. An Etudiosi?
7. Quando luat in corpore, qui non habet in ore.
8. Cessio bonorum in delictis an locum habeat?

9. Paena pecuniaria ob paupertatem an remittenda?
10. Clericus debitor quando teneatur carvere idonee de solvendo.

D Ecclisio hujus Cap. celebris est, siquidem continet privilegium indulsum Clericis, ne ob æs alienum excommunicari vel in carcерem detrudi possiat. Sed facti speciem praemittamus.

Odoardus Clericus à creditoribus suis conventus erat coram Officiali, id est, Vicario Archidiaconi Remensis: is vero confessus debitum, cum propter inopiam solvere non posset, ab eodem

dem Officiali fuit excommunicatus. Quia de re adiungit S. Pont. mandat hoc textu nostro Decanum, & I. Canonico Tullenensi ut, si Odoardus solvendo non sit, eum sententiam excommunicatio-
nis eximat & liberet, receptam ab eodem i-
doneam cautione de solvendo, ubi ad pinguorem
fortunam devenerit. Cujus decisionis ratio haec
videtur esse, quod in opere illa actio, quam de-
bitoris inopere excludit, l. 6, D. De dato malo. Me-
ritum dicitur debitor ab excommunicatione tam-
quam injusta absolvitur, & creditores, qui ini-
mici & frustra actionem intentarant, rejiciuntur,
h. textu nostro in § un Et licet Glos. hic in pr. in
V. recognoscantur, & §. un. in verbis, ad pinguorem, vi-
deatur insinuare, Odoardum prius cessisse bonis,
& consequenter beneficium textus nostri re-
stringat in Clerico bonis suis cedente: rectius ta-
men contra existimat Panorm. & Imola. hic n. 8.
tum Did. Covarr. Var. resol lib. 2. c. 1. num 9 Odo-
ardum scilicet non ante cessisse bonis, quam ex-
communicaretur, ac proinde Clericum non tene-
ri cedere bonis suis ad exitandum carcerem. Ad
quid enim Odoardus fuisse excommunicatus ab
Officiali, si bonis suis antea cessisset cum cesso
bonorum liberet debitorem ab omni molesta
creditorum, donec ad meliorem fortunam per-
venierit, l. 4. & un. & l. 6. D. De cessione, & §. fin. in-
sist. De aliis. Præterea indecorum fuisse, ut pro-
batà cessione Odoardi, cogeretur ipse in oppro-
brium Ecclesiastici ordinis mendicare. Quare
etiam Glos. & Bart. ad l. Miles 65. D. De re jud. &
hos secutus Imola hic n. 8. beneficium, quo
competit militi armata militia, ne scilicet in
plus, quam facere possit, conveniatur, d. l. 6. in pr.
rectè transferuot ad Clericum, id est, militem
coœlestis militiae. Item Capella Tholos. q. 246.
& ibi Steph. Auster in addit.

² Itaque certius est, Clericum debitorem, ta-
metis bonis suis non cedentes, neque posse ex-
communicari, neque in carcere conici propter
as alienum, sed habere privilegium, ne conve-
niatur à creditoribus suis, nisi quatenus facere
possit, deductis scilicet alimentis, per ea, que jam
dicta sunt. In laico contraria obtinuit regulariter,
sicut ad cap. 2, sup. De pignorib latius explicavimus.
Dixi, regulariter; nam præter militem, de quo in
d. l. 6. in pr. idem beneficium habent socii bono-
rum, vel aliquius negotiationis, l. Univerforum 65.
in pr. D. Pro socio. Item parentes, patroni, corum-
que liberi; item maritus, uxor, soer, donator,
nam & hi ex singulari privilegio à jure concessio-

non convenientur, nisi in id, quod facere possunt,
reservatis sibi alimentis, per text. in l. Sunt qui 10,
cam 9. legib seqq D. Dere judic juctâ l. In condemna-
tione 173, in pr. D. De R. l. Unus & consequens est,
neque hos ob as alienum in carcere detinendi
posse, aut cogendos esse, ut bonis suis cedant.

Vtum autem Clericus debitor cum credito-
ribus convenire possit, ut, reservata sibi portione
reditum Ecclesiasticorum, reliqui redditus ce-
dant creditoibus, vide Panorm. ad c. 2, sup. De fi-
dejus & Did. Covarr. sup. alleg. loco, qui simpliciter ex-
stimator, redditus annuos beneficii adjudicari
posse creditoribus pro ratione quantitatis
debitæ dimissa tamen Clerico portione congruæ
pro alimentis, arg. d. c. 2. §. un. sup. De fidejus. &
ita fieri Romana Curia probat ibid. Covarr. ex
collect.

Idem Covarr eodem in loco texum nostrum
tantummodo exaudiendum purat de his Cleri-
cis, qui Ecclesiæ ministrant, non vero de aliis,
nisi & hi in sacris Ordinibus sive constituti: id-
que ait, propter multitudinem eorum, qui tem-
pore sine aliquo delectu, ut vitiis & criminibus li-
berius videntur, primis & minoribus Ordinibus
solent, maximè Prelatorum profecti incuria, in-
signiori. Quæ ratio forte inilitat apud suos in His-
pania; mihi autem videtur, hanc rem ad decre-
tum Concilii Trident. revocandam esse, quo
Clerici primatonsura aut minoribus Ordinibus
initiati non gaudent privilegio fori, nisi benefi-
cium habeant, aut clericalem habitum & consu-
ram defecentes alicui Ecclesiæ ex mandato Epis-
copi inserviant, vel in Seminario Clericorum, aut
in aliqua Schola vel Universitate de scientia E-
piscopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipie-
dos, versentur, Sess. 23, c. 6, de reform. Ex quo li-
quet, quinam Clerici prima tonsura & mino-
rum ordinum gaudent privilegio fori videlicet
Ecclesiastici; & qui non, sed remaneant sub ju-
risdictione judicis secularis: ut hi, qui sub ju-
risdictione secularis judicis remanent, non gau-
deant beneficio textus nostri, sed juxta juris Ci-
vilis præscriptum propter as alienum ast cedere
bonis suis debent, aut in carcere detinendi, in-
star aliorum secularium, l. 1. C. Qui bon. ced. poss.
Neque eos juvat argumentum deductum à mi-
litie armata militia ad militem coœlestis militiae,
de quo paulo supra; cum hi Clerici non censeantur
militare, qui primam tonsuram vel minores or-
dines ojofos gerunt.

Ut hinc etiam Pet. Rebussi sententia ad Auth. 6
Habita

Habita C. Ne fil pro patre &c. defendimini pos-
sit, existimantis beneficium textus nostri etiam
convenire studiosis, etiamsi Clerici non sint: si-
quidem id nullo jure cautum reperitur, neque
justa ratio subest quæ hoc suadeat, arg.c.1,§. un.
in verbis, cum id non inveniatur, De sup negl. Pralat. in

6. & juris regula est: Quæ à jure communia ex-
orbitant, nequaquam ad consequentiam sunt tra-
henda, c. 18. De R. I. lib. 6. At textus nostri bene-
ficium exorbitat à Jure communi, quod extat. in
l. 1. C. Qui bon eed p. f. ergo &c.

7. Ceterum contra hunc textum nostrum §. un.
obiicitur vulgatum illud axioma: Qui non habet
in ære, luat in corpore, per text in l. fin. D. De in jas
voc. in l. Si quæ 7. §. 1. D. De juris d. in l. 4. C. De servu
fugit. & inc. 5. § fin sup. De dolo, & contum. Verum
nihil movet, cum locum non habeat in obliga-
tionibus, quæ ex contractu nascuntur, de quibus
in prædicti agimus, sed quæ ex delicto descen-
dunt, sive delictum sit publicum sive privatum,
in quo pecuniaria pœna, si qua de jure infligenda
venit, in corporalem propter inopiam rei com-
mutatur, l. 2. § fin. D. De pœn. & jurib. jam allegat.
Et ratio est, ne delicta impunita maneat, vulg. l.
Ita vulneratus; D. Adl. Aquil. c. Ut fama inf. D. sent.
excom.

8. Unde neque in delictis cessione bonorum loeum
habet, sicut latè persequitur Covarr. d.e. 1, num. 8
& Perr. Costal. ad d. l. 7. Hoc tamen adhibito
temperamento, ut in delicto privato pœnia pecu-
niaria commutatio non fiat, nisi volente actore,
d. l. fin in verbis, ex querelâ: quia actoris tantum in-
terest, qui fortasse mavult expellere, donec
reus sit solvendo, ac proinde actori minimè jus
excom.

sum est auferendum, l. 11. D. De R. I. Ubi verò ex
delicto ad publicam vindictam agitur, rectè sit
conversio pœnia pecuniaria in corporalem, et
iam invito acculatore; cum in eo tantum filii
causa vertatur, cui pœna pecuniaria alioqui ap-
plicanda erat.

Illud singulariter observatur in multis, hoc
est, in pecuniariis coëxceptionibus, quæ non ex le-
ge, sed judicis arbitrio pro aliquo delicto impon-
untur, l. Si qua pœna 244, D. De verb. sign. quod
videlicet hæ ob pauperiatem in corporalem non
mutentur, sed remitti debent. & ubi remisse
sunt, non amplius exiguntur, licet reus solven-
do postea efficiatur, l. 6, §. fin. D. De off. præsid. & l.
fin §. fin C. De mod. multar quæ à jud. inflig. Similiter
ubi pecuniaria pœna semel in corporalem per-
mutata est, ipso quoque jure liberatur reus, nec
amplius convenit, etiamsi postea dicitur fiat;
cum corporalis pœna loco pecuniariæ succedat,
per text in l. Sed si 17. §. 6. D. De in jur.

Potremus ex textu nostro annotandum est,¹⁰
quod Clericus debitor, qui solvendo non est,
prout jam explicavimus, idoneam cautionem
præstare teneatur de solvendo, ubi ad pinguo-
rem fortunam devenierit. Idonea verò cauio ea
dicitur, quæ fit cum fiduciis omnibus vel pignori-
bus, l. Si mandatu 59, §. fin. D. Mandati. Quid tam-
en ita accipiendo est, si debitor Clericus hanc
idoneam cautionem præstare possit: alioqui suffi-
ciet præstare juratoriam cautionem, sicut refi-
tie §. un. Glos. tenet in V. idonea, per textum in c. 7. inf. D. De
donat inter vir & uxor. Idem in cedente bonis suis
recipiendum est, ex sententia Gl. & aliorum ad hoc c.
nostrum.

IN TIT. XXIV. DE DONATIONIBVS.

In Cap. Cum dilecti 6.

S U M M A R I A.

1. Facti species.
2. Donatio cum suis pactiōibus transit ad heredes.
3. Donatio Ecclesia facta, cum pacto solvenda certa pen-
sionis, an revocari possit si pacto non fieret?
4. Quid si vinea donata sit Hospitali, eâ lego ne aliena-
tur.
5. Donationes cur plenissimam recipient interpretatio-
nem.
6. In re/crispis ad beneficia strictior facienda est inter-
pretatio.

7. Cur in contrahibibis plena, in testamentis plenior,
in beneficiis plenissima interpretatio sit adhibenda.

Duo ex hoc Cap. notanda occurunt: a-
num, quod rei donata Ecclesiæ, vel alteri
più loco, adiici posse à donatore pensione si-
ve aliud onus exsolvendum. Alterum est, quod
donationes plenissimam interpretationem reci-
piant.

Facti speciem hanc statuamus. Titius cuidam
Ecclesiæ fundum suum Tuseulanum donavit, de-
inde paulè post in codem instrumento fundum

Sem-